hīs q̄ illi parebāt. **Q**uīb⁹ cū narrassz oīa. misit illos in ioppē. **P**ostera autē die iter illis facientib⁹ et appropinquātib⁹ ciuitati: ascendit petrus in supioā ut oraret circa horā sextaz. **E**t cū esuriret voluit gustare. **P**arātib⁹ at illis cecidit sup euz mentis excessus. **E**t vidit celū aptū et descēdens vas quod dāvelut lintheū magnū quatuor imicijs submitti de celo in terrā in q̄ erant omīa quadrupedia et sp̄tia terre et volatilia celi. **E**t facta ē vox ad euz. **S**urge petre. occide et māduca. **A**it at petrus. **A**bsit domine. qz nūq̄ māducaui oē cōmune et immūdū. **E**t vox iter⁹ secūdo ad eū. **Q**ue deus purificauit tu cōmune ne dixeris. **H**oc autē factū ē p̄ ter. **E**t statim receptū ē vas i celū. **E**t dū intra se hesitaret petr⁹ quidnā eēt visio quā vidisset. ecce viri qui missi erāt a cornelio inquirētes domū symonis. astiterūt ad ianuā. **E**t cū vocassent interrogabāt si symon qui cognominat̄ petrus illic haberet hospitium. **P**etro autē cogitante de visione dixit spūs ei. **E**cce viri tres querunt te. **S**urge itaqz et descēde et vade cum eis nihil dubitans. qz ego misi illos. **D**escendēs autē petrus ad viros dixit. **E**cce ego sū quē queritis. **Q**ue est cāppē quā venistis. **Q**ui dixerūt. **C**orneli⁹ centurio vir iustus et timēs deū et testimonium habens ab vniūsa gente iudeorū. responsū accepit ab angelo sancto accersiri te in domū suā et audire verba abs te. **I**ntroducēs ergo eos recepit hospitio. **S**equētī autē die surgēs p̄fectus est cum illis et

quidam ex fratribus ab ioppe comi-
tati sunt cum eo. **A**ltea autem die introiuit
cesarea: cornelius vero expectabat
illos: uocatis cognatis suis et ne-
cessariis amicis. **E**t factum est cum intro-
isset petrus: obuius venit ei corne-
lius et prostratus ad pedes eius ado-
rauit. **P**etrus uero eleuauit eum di-
cens. **S**urge et ego ipse homo sum.
Et loquens cum illo intrauit et inue-
nit multos qui conuenerant. dixitque
ad illos. **V**os scitis quomodo ab homi-
nati sit viro in deo coniungi aut ac-
cedere ad alienigenam. **S**ed mihi
ostendit deus neminem communem aut in-
mundum dicere hominem propter quod sine
dubitatione ueni accersitus. **I**nter-
rogo ergo quam ob causam accersisti
me. **E**t cornelius ait. **A**nudiusquam
tana die usque ad hanc horam orans
era hora nona in domo mea et ecce
uir stetit ante me in veste candida
et ait. **C**orneli exaudita est oratio
tua et elemosine tue commemorate
sunt in conspectu dei. **M**itte ergo in ioppe
et accersi symonem qui cognominatur
petrus. hic hospitatur in domo sym-
onis coriarii iuxta mare. **C**onfe-
stemus ergo mihi ad te et tu beneficisti ve-
niendo. **N**unc ergo omnes nos in conspectu
tuo assumus audire omnia quecumque ti-
bi precepta sunt a domino. **A**peries autem
petrus os suum dixit. **I**n ueritate con-
peri quod non est persona acceptor deus
sed in omni gente que timet eum et opera-
tur iustitiam: acceptus est illi. **V**erbum
misit deus filiis israel: annuntias pa-
cem per iesum christum: hic est o[mn]is dominus.
Vos scitis quod factum est uerbum per
uniuersam iudeam. **I**ncipiens enim
a galilea post baptismum quod predicauit
iohannes iesum a nazareth quo

modo uenit cum deus spiritu sancto et uir-
tute qui pertransiit benedicendo et sa-
nando omnes oppressos a dyabolo.
quoniam deus erat cum illo. **E**t nos testes
sumus omnium que fecit in regione
iudeorum et iherusalem que occiderunt sus-
pendentes in ligno. **H**unc deus su-
scitauit tertia die et dedit eum mani-
festum fieri non omnibus sed testibus
preordinatis a deo: nobis qui man-
ducauimus et bibimus cum illo postquam
resurrexit a mortuis. **E**t precepit no-
bis predicare populo et testificari. quod
ipse est qui constitutus est a deo in uirum
et mortuorum. **H**uic omnes prophete te-
stimonium perhibent remissionem pec-
catorum accipe per nomen eius: omnes qui
credunt in eum. **A**dhuc loquente pe-
tro uerba hec: cecidit spiritus sanctus
super omnes qui audiebant uerbum.
Et obstupuerunt ex circumcisione fi-
deles qui uenerant cum petro. quia et in na-
tiones gratia spiritus sancti effusa est. **A**u-
diebant enim illos loquentes lin-
guis et magnificantes deum. **T**unc
respondit petrus. **N**umquid aquam
quis prohibere potest ut non bap-
tizentur hi qui spiritus sanctum accepe-
runt sicut et nos. **E**t iussit eos bap-
tizari in nomine domini iesu christi.
Tunc rogauerunt eum: ut maneret
apud eos aliquot diebus. **C**ari-
Huic uenientes autem apostoli et
fratres qui erant in iudea.
quoniam et gentes receperunt uerbum
dei. **C**um autem ascendisset petrus ihe-
rosolimam: discerebant aduer-
sus illum qui erant ex circumcisi-
one dicentes. **Q**uare introisti ad
uiros preputium habentes et man-
ducasti eis illis. **I**ncipiens autem pe-
trus: proponebat illi ordinem dicens.

Ego erā in ciuitate ioppe orans et vidi in excessu mētis mee visionē descendēs v as quoddā velut lim theū magnū quatuor imicis sub mitti de celo et veit vsq ad me. In q̄ intuiens cōsiderabā et vidi q̄dru pedia terre et bestias et reptilia et volatilia celi. Audiui autē et vocē dicēte m̄. Surge petre occide et mā duca. Dixi autē. Nequaquā dñe. q̄ comune aut immūcū nūq̄ introi uit i os meū. Rñdit autē vox secū do de celo. Que de? mūdauit tu ne comune direis. Hoc autē factū est p ter et recepta sūt om̄a rurū in celi. Et ecce viri tres cōfestim astite rūt in domo in qua erā: missi a ce sareā ad me. Dixit autē spūs m̄hi ut irem cū illis n̄l hesitans. Vene rūt autē mecū sex fratres isti et in gressi sumus in domū viri. Narra uit autē vobis quō vidisset ange lū in domo sua stantē et dicentē si bi. Mitte in ioppē et accerfi symo nem q̄ cōgnominat petrus qui lo quec tibi verba in quib⁹ saluus eris tu et vniūsa dom⁹ tua. Cū au tē cepissem loq̄ cecidit spūs sanct⁹ sup eos sicut et in nos in initio. Re cordatus sū at verbi dñi. sicut di cebat. Iohes q̄ de⁹ baptisauit aq̄ vos autē baptisabimini spūsādo. Si ergo eandē grām dedit illis de⁹ sicut et nobis q̄ credidim⁹ in dñm ih̄m xp̄m. ego quis erā q̄ possem phibere deū. Hīs auditis tacue rūt et glorificauerūt deū dicentes. Ergo et gentib⁹ penitentia⁹ dedit deus ad vitā. Et illi quidē q̄ disper si fuerant a tribulacōe que facta fuerat sibi stephano pambulaue rūt vsq semē et cipz et antiōchia⁹

nemini loquētes verbū nisi solis iudeis. Erāt autē quidā ex eis viri cyprii et cyrenēi qui cū itroissent antiōchiā loq̄bant et ad grecos annūtiātes dñm ih̄m. Et erat ma nus dñi cū eis. multusq̄ numer⁹ credentiū cūsus est ad dñm. Per uenit at fmo ad aures ecclie que erat iherosolim̄is sup istis et mise rūt barnabā vsq ad antiōchiā. q̄ cū puemisset et vidisset grāz si ga uisus est et hortabat oēs in pposi to cordis pmanere in dño. q̄ eāt vir bon⁹ et plenus spūsādo et fi de et appōita est multa turba do mino. Profect⁹ ē autē tharsū ut q̄ reret saulū que⁹ cū inueniss⁹ pdu xit antiōchiā. Et annū totū cūsa ti sūt ibi in ecclia et docuerūt turbā multaz ita ut cōgnominarēt p̄mū antiōchie discipuli xp̄iani. In hīs autē dieb⁹ supuenerūt a iherosoli mis p̄phe antiōchiam et surgēs vnus ex eis noīe agab⁹ significa bat p spm̄ fame⁹ magnā futuraz in vniūso orbe terraz que facta ē sibi claudio. Discipuli autē put q̄s habebat pposuerūt in ministeriū mittere habitantib⁹ in iudea fra trib⁹ qd et fecerūt mittētes ad semi ores per man⁹ barnabē et saulū.

Eodē autē tpe m̄ *Ca. xij.* fit herodes rex man⁹ ut af fligeret quosdā de ecclia. Occidit autē iacobū fratrem ioh̄is gladio. videns autē q̄a placeret iudeis ap posuit apprehendere et petz. Erant autē dies azimoz. Quē cū apprehē disset misit in carcerē. tradensq̄ q̄ tuor q̄termionib⁹ militū ad custo diendū: volens post pascha pdu cere eū populo. Et petrus quidem

seruabat in carcere. oratio autē fie-
bat sine iēmissiōe ab ecclia ad deū
p eo. **Cū** at pducitur eū ecclero
des i ipa nocte eāt petr⁹ dormiēs
inē duos milites vinctus catheis
duab⁹ ⁊ custodes añ ostiū custo-
diebāt carcere. **Et** ecce angel⁹ do-
mini astitit et lumē refulsit in ha-
bitaculo: percussitq; latere petri exci-
tauit eū dicens. **Surge** velocit. **Et**
cecidērūt catene de manib⁹ eius
Dixit autē angel⁹ ad eū. **Prece**inge
re ⁊ caltia te caligas tuas. **Et** fecit
sic. **Et** dixit illi. **Circūda** tibi vesti-
mentū tuū ⁊ sequere me. **Et** exiēs
sequebat eū ⁊ nesciebat qd vepē
qd fiebat p angelū. **Existimabat**
autē se visū videre. **Transēūtes** at
primā ⁊ secūdā custodiā venerūt
ad portā ferreā que ducit ad ciui-
tatē que vltro apta ē eis. **Et** exēū-
tes pcesserūt vicū vnū ⁊ cōtinuo
discessit angelus ab eo. **Et** petr⁹
ad se reuersus dixit. **Nūc** scio vere
qz misit dñs angelū suū ⁊ eripuit
me de manu herodis ⁊ de oī erpe-
ditiōne pleb iudeorū. **Cōsiderāsq;**
venit ad domū marie mris iohis
q̄ cognominatus est marcus: vbi
erāt multi cōgregati ⁊ orātes. **Pul-**
sante aut eo ad ostiū ianue: pces-
sit puella ad videndū noīe rodē
Et ut cognouit vocē petri pre gau-
dio nō aperuit ianuā. s̄ intro cur-
rens nūtiavit stāe petr⁹ añ ianuā
At illi dixerūt ad eā. **Insanis.** **Il-**
la autē affirmabat sic se habere.
Illi aut dicebāt. **Angelus** ei⁹ est
Petrus aut pseuerabat pulsās.
Cū aut aperuissent ostiū: viderūt
eū ⁊ obstupuerūt. **Annuēs** autē
eis māu ut tacerēt: narrauit quō

dñs eduxiss; eū de carcere. **Dixitq;**
Nūtiāte iacob ⁊ fratribus hec. **Et**
egressus abiit in aliū locū. **Facta**
aut die erat nō pua turbatio inē
milites: quidnā factū eēt de petro
Herodes aut cū equissset eū ⁊ nō
inuenisset: inquisitiōne facta de cu-
stodib⁹ iussit eos duci de scēdēsq;
a iudea in cesareā ibi cōmoratus ē
Erat aut iratus tyrijs ⁊ sydonijs.
At illi vnamimes venerūt ad eū.
et pfluasō blasto q̄ erat sup cubi-
culū regis postulabāt pacē eo q̄
alerent regiones eorū ab illo. **Sta-**
tuto aut die herodes vestit⁹ veste
regia sedit p tribunali et cōtiona-
bat ad eos. **Populus** autē accla-
mabat dei voces ⁊ nō hoīs. **Con-**
festim aut percussit eū āgelus dñi
eo qz nō dedisset honorez deo ⁊ cō-
suptus a vermib⁹ expiāuit. **Ver-**
bū aut dñi crescebat ⁊ multiplica-
bat. **Barnabas** aut ⁊ saul⁹ reuēsi
sūt a iherosolimis expleto miste-
rio assumpto iohanne qui cōgno-
minatus est marcus. **Ca. xij.**

Erant aut in ecclia q̄ erat an-
tiochie pphēa doctores in q̄
bus barnabas ⁊ symon q̄ wea-
batur miger ⁊ luti⁹ cyrenensis et
manabē q̄ erat herodis tetrarche
collactaneus ⁊ saul⁹. **Ministrāti-**
b⁹ at illis dñō ⁊ ieiunātib⁹: dixit
illis spūstaud⁹. **Segregate** in sau-
lū ⁊ barnabā in opus ad qd as-
sūpsi es. **Tūc** ieiunātes et oran-
tes imponentesq; eis man⁹: dimi-
serūt illos. **Et** ipi quidē missi a spi-
rituscō abierunt seleutiam ⁊ inde
nauigauerūt cyprium. **Et** cum ve-
nissent salaminam: predicabant
verbū dei in synagogis iudeorū.

Natebāt autē et iohē in ministē
rio. Et cū pambulassent vniūsa ī
fulaz vsq; paphū. inuenerūt quē
dam viz magnū pseudo ppham
iudeū cui nomen erat bariebu. q̄
erat cū pconsule sergio paulo vi
ro prudente. **H**ic accessit barna
ba et paulo: desideābat audiē ver
bū dei. **R**esistebat at illis elymas
mag⁹. sic em̄ interpretat nōmē ei⁹
q̄rens auertere pconsulem a fide
Saulus autē qui et paulus reple
tus spūsando intuens in eū dixit
O plene oī dolo et omni fallatia fi
li dyaboli. inimice oīs iustitie. nō
desinis subūtēre vias dñi rectas.
Et nūc ecce man⁹ domini sup te et
eris cecus nō videns solē vsq; ad
temp⁹. Et cōstūm cecidit in eū ca
ligo et tenebre et circūiens q̄rebat
qui ei manū daret. **T**ūc pconsul
cū vidissz factū credidit ammirans
sup doctrina dñi. **E**t cum a papho
nauigassent paulus et q̄ cum eo
erant venerūt pergen paphilie.
Iohēs autē discēdens ab eis. reuer
sus est iherosolimā. **I**lli vero perā
seūtes pergē venerūt antiochiaz
p̄sidie et ingressi synagogam die
sabbatoz sederūt. **P**ost lectionē
aut legis et pphetaz. miserunt p̄
cipes synagoge ad eos dicentes
Viri fratres si q̄s est in vob fmo
exhortacōnis ad plebē dicite. **S**ur
gens aut paul⁹ et manu silentiū
indiciēs ait. **V**iri israelite et qui
timetis deū audite. **D**eus plebis
israel elegit p̄res nostros et ple
bem exaltauit cū eēnt incolē ī ēra
egipti et in bēchio excelso eduxit
eos ex ea et p q̄draginta annoz
temp⁹ mores eoz sustinuit in de

serto. **E**t destituens gētes septē in
terra chanaā sorte distribuit eis
terrā eoz quasi post q̄dringētos
et quinquaginta ānos et post hec de
dit iudices vsq; ad samuel pphē
ta. **E**t exinde postulauerūt regē et
dedit illis saul filiū cis. viz de tri
bu beniamin āmis q̄draginta. **E**t
amotō illo suscitauit illis dauid
regē cui testimoniū phitēs dixit.
Inueni dauid filiū iesse viz scdm
cor meū qui satiet oēs volūitates
meas. **Q**ui⁹ deus ex semine scdm
p̄missionē eduxit israel saluato
rez ih̄m p̄dicante iohē añ fatiem
aduentus ei⁹ baptisimū peniten
tie oī populo isrl. **C**ū impleteret at
curfū suū dicebat **Q**uē me arbitē
mini eē nō sū ego. s̄ ecce vīt post
me cui⁹ nō sū dign⁹ caltiamenta
pedū soluere. **V**iri fratres filij ge
neris abrahā et q̄ in vobis timēt
deū. vobis verbū salutis hui⁹ mis
sū est. **Q**ui em̄ habitabant iherlm
et p̄ncipes ei⁹ hūc ignorātes et vo
ces pphaz que p omne sabbatū
legunt indicātes impleuerūt. **E**t
nullā causā mortis inueniētes in
eo. petierūt a pylato ut inficerent
eū. **C**ūq; cōsumassent om̄a q̄ de eo
scripta erāt deponētes eū de ligno
posuerūt in monumēto. **D**e⁹ vero
suscitauit eū a mortuis tertia die
qui visus est p dies multos hīs
qui simul ascēderant cū eo de gali
lea in iherusalez qui vsq; nūc sūt
testes ei⁹ ad plebē. **E**t nos vobis
ānūtiām⁹ eaz q̄ ad p̄res nostros
repromissio facta est. qm̄ hāc de⁹
adimpleuit filiis vestris resuscitās
ih̄m sicut et in psalmo secūdo scri
ptū ē. **F**ilius me⁹ es tu ego hodie

ge nūi te. **Q**uāteꝛ fūscitauit eū a
mōtūis ampliꝛ iā nō reuerfūꝛ in
corrupcōem ita dixit. Quia dabo
vob ſancta dauid fidelia. Ideo qꝛ
alias dicit. Nō dab ſanctū tuū vi
dere corrupcōem. Dauid em̄ i ſua
generacōe cū aminiſtꝛeſſet volūta
ti dei. dormiuit ⁊ appoſitus eſt ad
pꝛeſ ſuos ⁊ vidit corrupcōnem.
Quē vero deus fūscitauit nō vidit
corrupcōem. Notū igit ſit vob vi
ri frēs. qꝛa p hūc vob remiſſio pec
catorꝛ annūtiat ab oibꝛ quibus
nō potuiſtis in lege moyſi iuſtifi
cari. In hoc oīs qꝛ credit iuſtificat.
Videte ergo ne ſupueuiat vobis
qꝛd dictū ē in ꝓꝓhis. Videte contē
ptores ⁊ amiramini ⁊ diſpdimini
qꝛ opꝛ operor ego i diebꝛ veſtris
opꝛ qꝛd non creditis ſi qꝛs enarra
uerit vob. Exeūtibꝛ aut illis: roga
bātut ſequēti ſabbato loquerēt
ſibi verba hęc. Cūqꝛ dimiſſa eſſet
ſynagoga. ſecuti ſūt multi iudeo
rū ⁊ colentiū deū aduenazꝛ paulū
⁊ barnabā qꝛ loquētes ſuadebāt
eis ut ꝓmanerēt i grā dei. **S**equē
ti vero ſabbato pene vniūſa ciui
tas cōuenit audire verbū dei. **V**i
dētes aut turbas iudei repleti ſūt
zelo ⁊ cōtradicebāt hīs qꝛ a pau
lo dicebantꝛ blaſphemātes. **T**ūc
oſtante paulus ⁊ barnabas dixē
rūt. Vob oportebat ꝓmū loqui
verbū dei. ſi qꝛm repellitis illud ⁊ i
dignos vos iudicatis eterne vi
te: ecce cōnūtimur ad gētes. **S**ic ei
nobis ꝓcepit dñs. **P**oſui te in lu
cē gentiū: ut ſis in ſalutē vſqꝛ ad
extremū terre. **A**udiētes aut gen
tes gauſe ſunt ⁊ gloriſicabāt ver
bum dñi ⁊ crediderūt quotquot

erāt ꝓordinati ad vitā eternam.
Diſſeminabat aut verbū dñi ꝓ
vniuerſā regionē. **I**udei aut cōci
tauerūt mulieres religioſas ⁊ ho
neſtas ⁊ ꝓmos ciuitatis ⁊ excita
uerūt ꝓſecutionē in paulū ⁊ bar
nabā ⁊ eiecerūt eos de ſimibꝛ ſuis.
At illi excuſſo puluere pedū i eos
venerūt ꝓcomū. **D**iſcipuliqꝛ reple
bāt gaudio ⁊ ſpūſcō. **¶ Ca. xiiij.**

EAdum ē aut in ꝓcomio ut ſi
mul introirent ſynagogam
iudeozꝛ ⁊ loquerentꝛ ita ut crederet
iudeozꝛ ⁊ grecoꝛꝛ copioſa multitu
do. **Q**ui vero increduli fuerūt in dī
fūſcitauerunt ⁊ ad iracundiā cōci
tauerūt amās gentiūꝛ aduerſus
frēs. **M**ulto igit tempe demorati
ſunt ſidutialiſ agentes in dñō: te
ſtimoniūꝛ ꝓhibēte verbo gꝛie ſue
dāte ſigna ⁊ ꝓdigia ſiei ꝓmanꝛ
eozꝛ. **D**iuīſa ē at multitudo ciuita
tis ⁊ qui dā quidē erāt cū iudeis.
qꝛdā vero cū aꝓlis. **C**ū aut factus
eēt impetus gentiliū ⁊ iudeozꝛ cū
ꝓncipibꝛ ſuis ut otumelijs affice
rēt et lapidarēt eos: intelligētes
ꝓfugerunt ad ciuitates lyconie
lyſtrā ⁊ dertē ⁊ vniuerſazꝛ in cir
cuitu regionē ⁊ ibi euāgelizantes
erāt. **E**t quidāꝛ vir lyſtris iſirmꝛ
pedibꝛ ſedebat claudus ex vtero
matris ſue qꝛ nūqꝛ ambulauerat.
Vic audiuit paulū loquēte. **Q**ui
intuitus eū ⁊ vidēs qꝛ fidem habe
ret ut ſalius fieret dixit magna
voce. **S**urge ſuper pedes tuos redꝛ.
Et exiliuit ⁊ ambulabat. **T**urbe
autem cum vidiffent qꝛd fecerat
paulus leuaueūt vocem ſuazꝛ ly
caonice dicentes. **D**ñi ſimiles facti
hominibus deſcenderunt ad nos.

Et vocabant barnabā iouē. paulū vero mercuriū. qm̄ ip̄e erat dux verbi. Sacerdosq; iouis qui erat añ ciuitatem thauros et coronas añ ianuas afferens cū pplis volebat sacrificare. Qd vbi audierūt apostoli barnabas et paul⁹ cōcūctis tunicis suis exilierūt ī turbas clamātes et dicētes. Viri quid hec facitis. Et nos mortales sumus si miles vob homines. annūtiātes vob ab hīs vānis ouerti ad deū viuū qui fecit celū et terrā et mare et om̄a q̄ in eis sūt q̄ in preteritis generatōib⁹ dimisit oēs gētes ingredi vias suas. Et quidez nō si ne testimonio semetipm̄ reliq̄t beneficiens. de celo dans pluuias et tempa fructifera. implēs cibo et leticia corda eoz. Et hec dicentes vix sedauerūt turbas ne sibi īmolarent. Supuenerūt autē quidaz ab antiochia et pcomio iudei et per suasit turbis lapidātes paulū traxerūt extra ciuitatē estimātes eū mortuū ēē. Circūdantib⁹ autē eū discipulis surgēs intrauit ī ciuitatē et postera die pfectus ē euz barnaba ī dextē. Cūq; euangelīfassent citati illi et docuissent multos. reuerfi sūt lystrā et pcomiū et antiochiā cōfirmātes am̄as discipuloz exhortātesq; ut pmanerēt ī fide et qm̄ p multas tribulatiōes oportet nos intrare ī regnū dei. Et cū cōstituisent illis p singulas eccias presbiteros et orassent euz ieiunatiōib⁹ cōmēdauerūt eos dñō ī quē crediderūt. Transeuntesq; p fidiā venerūt ī pāphiliā et loquētes verbū dñi ī pergen. descenderūt ī ytalīaz et inde nauī

gauerūt antiochiā vñ erāt trābiti gratie dei ī op⁹ qd cōpleuerunt. Cū at venissent et cōgregassent ecclesiā. retulerūt qūta fecisset deus cū illis et qd aperuisset gentib⁹ ostiū fidei. Morati sūt autē tpus nō modici cū discipul. *Ca. xv.*

Et qdaz descendētes de iudea docebant fratres. qd n̄ circūcidamini scdm̄ morez moyfi non potestis saluari. Facta ergo seditione nō minima paulo et barnabe adūsus illos. statuerūt ut ascēderent paul⁹ et barnabas et qdā alij ex alijs ad aplos et presbiteros ī iherl̄m sup hac questione. Illi ḡ deduci ab ecclia ptransibāt pheniā et samariā narrātes ouersionē gentiū et fatiebant gaudiū magnū oib⁹ fratrib⁹. Cū autē venissent iherosolimaz suscepti sunt ab ecclia et ab aplis et senioribus annūtiātes qūta deus fecisset cū illis. Surrexerūt autē quidā de herefi phariseoz q̄ crediderūt dicētes qd oportet circūcidi eos p̄cipereq; seruare legē moyfi. Cōuenerūtq; apli et seniores vidēre de verbo hoc. Cū at magna cōquisitō fieret. surgens petr⁹ dixit ad eos. Viri fratres vō scitis qm̄ ab antiq̄s diebus ī nob̄ elegit deus p os meū audire gentes verbū euangelij et credere. Et qui nouit corda deus testimoniu phibuit dans illis spm̄ scdū sicut et nobis et nihil discreuit int̄ nos et illos. fide purificās corda eoz. Nūc ergo qd temptatis deū. īponere iugū sup ceruices discipuloz qd neq; nos neq; p̄res nr̄i portāre potuim⁹. S; p grāz dñi ih̄u credim⁹ saluari quēadmodū

et illi. **T**acuit autem omnis multitudo et
audiebant barnabam et paulum nar-
rantes quanta deus fecisset signa
et prodigia in gentibus per eos. **E**t
postquam tacuerunt: respondit iacobus di-
cens. **V**iri fratres audite me. **S**y-
mon non narrauit quemadmodum primum
deus visitauit sumere ex gentibus
populum nomini suo et huic concordare
verba apostolorum sic scriptum est. **P**ost
hec reuertar et reedificabo taberna-
culum dauid quod decidit et diruta
ei reedificabo et erigam illud: ut
requirant ceteri hominum dominum et om-
nes gentes super quas inuocatum est
nomen meum dicit dominus sapiens hec.
Notum a seculo est domino opus suum.
Propter quod ego iudico non inque-
rere eos qui ex gentibus conuertuntur
ad deum. sed scribere ad eos ut absti-
neant se a contaminacionibus simu-
lacroꝝ et fornicacione et suffocatis
et sanguine. **M**oyses enim a temporibus
antiquis habet in singulis ciuitati-
bus qui euangelizant in synagogis:
vbi per omne sabbatum legitur. **T**unc
placuit apostolis et senioribus cum omni ec-
clesia eligere viros ex eis et mitte-
re antiochia cum paulo et barnaba
iudam qui cognominabatur barsabas
et sylam viros primos in fratribus:
scribentes per manus eorum. **A**postoli et
seniores fratres hiis qui sunt antiochie et
sirio et cilitie fratribus ex gentibus
salute. **Q**uia audiui quod quidam
ex vobis exeuntes turbauerunt vos
verbis: euertentes animas vestras: quod
vobis non mandauimus: placuit nobis
colledis in vnum eligere viros et mittere
ad vos cum carissimis nostris bar-
naba et paulo: hominibus qui tradiderunt
animas suas pro nomine domini nostri

iesu christi. **M**isimus ergo iudam et sy-
lam qui et ipsi vobis verbis referent eadem.
Visum est enim spiritui sancto et nobis
nihil ultra imponere vobis oneris
quam hec necessaria: ut abstinatis vos
ab ymolatis simulacrorum et san-
guine suffocato et fornicacione a
quibus custodientes vos bene age-
tis. **V**alete. **I**lli ergo dimissi desce-
derunt antiochia et congregata mul-
titudine tradiderunt epistolam. **Q**uam
cum legissent: gauisi sunt super consolati-
one. **I**udas autem et sylas et ipsi cum
essent apostoli verbo plurimo consolati
sunt fratres et confirmauerunt. **F**acto
autem ibi aliquanto tempore dimissi sunt cum
pace a fratribus ad eos qui inue-
nerant illos. **V**isum est autem sylo ibi rema-
nere. iudas autem solus abiit iherusalem.
Paulus autem et barnabas demo-
rabantur antiochie: docetes et euan-
gelizantes cum alijs pluribus verbis
domini. **P**ost aliquot autem dies dixit
ad barnabam paulus. **R**euertentes
visitemus fratres per vniuersas ciuita-
tes in quibus predicauimus verbum domini
quo se habeant. **B**arnabas autem
volebat secum assumere et iohannem qui
cognominabatur marcus. **P**aulus
autem rogabat eum: ut qui discessisset
ab eis de pamphylia et non esset cum
eis: in opus non debere recipi. **F**acta
est autem dissensio: ita ut discederent
ab inuicem et barnabas quidem assum-
pto marco nauigauit cypꝝ. **P**au-
lus autem electo sylo profectus est te-
ditus gratie dei a fratribus. **P**er
ambulabat autem siriam et cilitiam
confirmans ecclesiam precipiens cu-
sto dire precepta apostolorum et se-
niorum. **P**eruenit autem in derbe
et lystram. **¶ Capitulum .xvi.**

Etece discipulus qdā erat
ibi noīe thimothēus: filius
mulieris vidue fidelis: p̄re gentili.
Huic testimoniū bonū reddebāt q̄ i
lystris erāt et p̄cio fratres. Hūc
voluit paulus sequi p̄ficisci et assu
mens circūcidit euz p̄p̄e in deos q̄
erant in illis locis. Sciebāt enim
oēs q̄ pat̄ ei⁹ erāt gētilis. Cū at̄ p
tūsserēt citates. tradebāt eis custo
dire dogmata que erāt decreta ab
aplis et seniorib⁹ q̄ erant iheroso
limis. Et ecclie quidē cōfirmabant
fide et abūdabāt numero q̄tidie.
Transēutes aut̄ frigiā et galatie
regionez. vetati sunt a spūsando
loqui verbuz dei in asia. Cū venis
sent aut̄ in misia. temptabāt ire
in bithiniā et nō p̄misit eos spūs
ihu. Cū aut̄ p̄trāsissent misiam de
scenderūt troade et visio p̄ noctem
paulo oīsa est. Vir macedo qdā
erat stans et deprecās eū et dicens
Transies in macedoniā. adiuua
nos. Ut aut̄ visū vidit. statū q̄si
uim⁹ p̄ficisci in macedoniā. certū
factū q̄ vocasset nos. deus euāgeli
zare eis. Nauigātes aut̄ a troade
recto cursu venim⁹ samothracia et
sequenti die neapolim et inde phi
lipis que est p̄ma ptis macedonie
ciuitas coloma. Erant aut̄ i hac
vlt̄ dieb⁹ aliquot cōferētes. Die
aut̄ sabbatoz egressi sum⁹ foras
portā iuxta flumē vbi videbatur
oratio eē et sedentes loquebamur
mulierib⁹ q̄ conuenerant et quedā
mulier noīe lidia purpuraria ci
uitatis thiathirenoz colens deū
audiuit cui⁹ dñs aperuit cor intē
dere hijs q̄ dicebant a paulo. Cū
aut̄ baptisata fēt et dom⁹ ei⁹: de p̄

rata est dicens. Si iudicastis me
fidelē dñō eē. introite i domū meā
et manete. Et coegit nos. Factū ē
aut̄ eūtib⁹ nobis ad oracōez pu
ellā quandā hūtez spm phitonē
obuiāe nob que questū magnū
p̄stabat dñis suis diuinādo. Hec
subsecuta paulū et nos clamabat
dicens. Isti homines filii dei excelsi sūt
q̄ annūtiāt vob viā salutis. Hoc
aut̄ faciebat multis dieb⁹. Volēs
aut̄ paulus et cōfusus spiritui dixit
Precipio tibi i noīe ihu xpi exire
ab ea. Et exiit eadē hora. Vidētes
aut̄ dñi ei⁹ q̄ exiuit spes questus
eoz: apprehendentes paulū et sy
las p̄duxerūt in forū ad p̄ncipes
et offerentes eos magistratib⁹ di
xerūt. Hī homines cōturbāt ciuitatē
nostrā cū sint iudei et annūtiāt mo
rez quez nō licet nob suscipere neq
facere cū sim⁹ romani. Et cucurrit
plebs adūsus eos et magistrat⁹
scissis tunicis eoz iusserūt eos v
gis cedi. Et cū multas plagas eis
imposuissent miserūt eos in carce
rē: precipiētes custodi ut diligen
ter custodiret eos. Qui cū tale p̄
ceptū accepiss⁹ misit eos in interio
rez carcerē et pedes eoz strinxit li
gno. Media aut̄ nocte paulus et
syas adorantes laudabāt deū et
audiebant eos q̄ i custodia erāt
Subito vero terremotus factus ē
magn⁹ ita ut mouerent fūd amē
ta carceris. Et statim apta sūt oīa
ostia et vniūsoz vincula soluta
sūt. Expergescēt aut̄ custos car
ceris et videns ianuas aptas car
ceris euaginato gladio volebat
se interficere: estimāns fugisse vin
ctos. Clamauit aut̄ paulus voce

magna dicens. Nihil feceris tibi
mali. Vniuersi enim hic sumus. Pe
titoque lumine introgressus est et tre
mefactus. percipit paulo et sylle ad
pedes et producit eos foras ait.
Domine: quid me oportet facere ut sal
uus fiam. At illi dixerunt. Crede in
dominum ihesum et saluus eris tu et domus
tua. Et locuti sunt ei verbum domini cum
omnibus qui erant in domo eius. Et tol
lens eos in illa hora noctis lauit
plagas eorum et baptizatus est ipse et
omnis domus eius continuo. Cumque perduxisset
eos in domum suam: apposuit eis
mensas et letatus est cum omni domo sua
credens deo. Et cum dies factus esset: mi
serunt magistratus lictores dicentes
dimitte homines illos. Nutiauit autem
custos carceris verba hec paulo.
quod miserunt magistratus ut dimitt
tamen. Nunc igitur exiites ite in pa
ce. Paulus autem dixit eis. Ceteros
nos publice indemonstratos homines ro
manos miserunt in carceres et nunc
occulte nos eiciunt. Non ita. sed veni
ant et ipsi nos eiciant. Nutiauerunt
autem magistratibus lictores verba
hec. Timueruntque audito quod roma
ni essent et venientes deprecati sunt eos
et eductes rogabant ut egredere
tur de urbe. Exiites autem de carcere
introierunt ad lidiam et visis fratri
bus consolati sunt eos et profecti sunt.

QUoniam autem peractum est. **Ca. xviij.**
classent aphyssolim et appol
lomia venerunt thessalonicam ubi erat
synagoga iudeorum. Secundum consuetu
dinem autem paulus introiit ad eos et
per sabbata tria discerebat eis de
scripturis adaperiens et insinuans quod
christum oportuit pati et resurgere a mor
tuis et quod iesus christus quem ego

annuntio vobis. Et quidam ex eis cre
diderunt et adiuncti sunt paulo et sylle
et de consentibus gentilibus multitu
do magna et mulieres nobiles non
paucæ zelantes autem in dei assumen
tesque de vulgo viros quidam malos
et turba facta concitauerunt civitatem
et assistentes domui iasonis que
rebat eos producere in populum. Et cum
non inuissent eos: traherent ia
sonem et quosdam fratres ad princi
pes civitatis clamantes. quoniam hi qui
perhibent concitant huc venerunt quos
suscepit iason et hi omnes contra decre
ta cesaris fatiunt regem alium dicentes
esse iesum. Concitauerunt autem plebem et
principes civitatis audientes hec et
accepta satisfactione a iasone et a
ceteris dimiserunt eos. Fratres vero
consecrati per noctem dimiserunt paulum et
sylam in terviam. Qui cum vissent in syna
goga iudeorum introierunt. Hi autem erant
nobiliores eorum qui sunt thessalonicæ
qui susceperunt verbum cum omni audientia
quotidie scrutantes scripturas si
hec ita se habuerint. Et multi quidem credi
derunt ex eis et mulierum gentiliam ho
nestam et viri non pauci. Cum autem co
nversus fuissent in thessalonicam iudei quia
et tervie predicatum est a paulo verbum
dei: venerunt et illuc commouentes et
turbantes multitudinem. Statimque
tunc paulum dimiserunt fratres ut iret
usque ad mare. Sylas autem et thimo
theus remanserunt ibi. Qui autem dedu
cebant paulum producerent eum usque ad
athenas et accepto mandato ab eo
ad sylam et thimotheum ut quam celeriter ve
niant ad illum profecti sunt. Paulus
autem cum athenis eos expectaret in
citabatur spiritus eius in ipso: vi
dens idolatrie deditam civitatem.

Disputabat igitur in synagoga cum
iudeis et colentibus et in foro per omnes
dies ad eos qui audierant. Quidam
autem epicurei et stoici philosophi
differerebant cum eo et quidam dicebant
Quid vult semini ubi? hic dicebat.
Alii vero: nouorum demoniorum videtur
annuntiator esse. quod ipsum et resurrectioni
omnem annuntiabat eis. Et apprehensus
eum ad atriopagum duxerunt dicentes
Possumus scire que est hec noua que
a te dicis doctrina. Noua enim que
dixit inferis auribus nostris. Volu-
imus ergo scire quidnam velint hec
esse. Athenienses autem omnes et adue-
ne hospites ad nihil aliud vaca-
bant nisi aut dicere aut audire aliquid
nouum. Stans autem paulus in medio
atriopagi ait. Viri athenienses per
omnia que superstitiosos vos video.
Preteriens enim et videntes simulacra
vra inueni et ara in qua scriptum erat
Ignoto deo. Quod ergo ignorantes co-
litis. hoc ego annuntio vobis. Deus
qui fecit mundum et omnia que in eo sunt
hic celi et terre cum sit dominus. non in ma-
nufactis templis habitat nec manibus
humanis colitur indigens aliquid cum
ipse det omnibus vitam et inspirationem et
omnia. fecitque ex vno omne genus ho-
minum inhabitare super vniuersam faciem
terre definiciens statuta tempora et
terminos habitaculis eorum quere-
re deum si forte attenderet eum et inueniret
quis non longe sit ab vno quoque nomen.
In ipso enim viuimus et mouemur et
sumus. sicut et quidam vestrum poetarum
dixerunt. Ipse enim et genus sumus. Ge-
nus ergo cum sumus dei. non debemus estuare
auro et argento aut lapidi sculpture
artis et cogitationis hominis deum esse
simile. Et tempora quidem huius ignoramus

ne despiciens deus. nunc annuntiat ho-
minibus ut omnes ubique penitentiam
agant eo quod statuit die in qua iudica-
turus est orbem in equitate in viro in
quo statuit. fide preterens omnibus susci-
tans eum a mortuis. Cum audissent
autem resurrectionem mortuorum. quidam
quidem irridebant. quidam vero dixe-
runt. Audiemus te de hoc iterum. Sic
paulus exiit de medio eorum. Qui
dixit vero viri adherentes ei credide-
runt in quibus et dyomis atriopagi-
ta et mulier nomine damaris et alii
cum eis.

Capitulum. xviii.

Post hec egressus ab athenis
venit corinthum et inueniens
quendam iudeum nomine aquilam ponticum
genere quem nuperrimè venerat ab italia
et priscillam uxorem eius eo quod precepis-
set claudius discedere omnes iudeos
a roma accessit ad eos et quod eiusdem
erat artis manebat apud eos et
operabatur. Erant autem scenofactorie
artis. Et disputabat in synagoga
per omne sabbatum inponens nomen
domini ihesu. suadebatque iudeis et gre-
cis. Cum venissent autem de macedonia
sylas et thymotheus. instabat ver-
bo paulus testificans iudeis esse christum
ipsum. Contra dicentibus autem eis et
blasphemantibus. excuties vestimen-
ta sua dixit ad eos. Sanguis vestester
super caput vestrum. Mundus ego ex
hoc ad gentes vadam. Et migrans
inde intrauit in domum cuiusdam no-
mine titi iusti colentis deum cuius do-
mus erat coniuncta synagoge. Crispus
autem archisynagogus credidit do-
mio cum omni domo sua et multi corin-
thiorum audientes credebant et bapti-
zabatur. Dixit autem dominus nocte per
visionem paulo. Noli timere. sed

loquere & ne facias. Propter quod
ego sum tecum et nemo apponet tibi
ut noceat te. quoniam plus est mihi mul-
tus in hac ciuitate. Sedit autem ibi
annum & sex menses: docens apud
eos verbum dei. Gallione autem pro-
fule achae insurrexerunt vno anno
in dei in paulum & adduxerunt eum ad
tribunal dicentes. quia contra legem hic
persuadet hominibus colere deum. Inci-
piente autem paulo aperire os: dixit
gallio ad iudeos. Si quidem est mihi
quum aliquid a facinorosis pessimum: o vi-
ri in dei recte vos sustinere: si vero
questiones sunt de verbo & nominibus
legis vestre: vos ipsi videritis. Iude-
i ego hoc nolo esse. Et eminauit eos
a tribunali. Apprehēdentes autem omnes
sosthenen principem synagoge percu-
tiebant eum ante tribunal & nihil eorum
gallioni cure erat. Paulus vero cum
adhuc sustinuisset dies multos
fratribus valefaties nauigauit si-
riam & cum eo priscilla et aquila qui
sibi contonderat in cenchris caput
habebat eum votum. Deuēitque ephē-
sus & illos ibi reliquit. Ipse vero in gres-
sus synagogarum disputabat cum iu-
deis. Rogantibus autem eis ut amplio-
ri tempore maneret: non consensit. sed vale-
faties & dicens iterum reuertar ad vos
deo volente: perfectus est ab epheso.
Et descendens caesaream ascendit et
salutauit ecclesiam & descendit antio-
chia. Et factum ibi aliquanto tempore per-
fectus est: pambulans ex ordine ga-
latiarum regionem & frigiā: confirmans
omnes discipulos. Iudeus autem quidam
appollo nomine alexandrinus natione
vir eloquens deuēit ephesum: potens
in scripturis. Hic erat eductus via
domini & feruens spiritu loquebatur & doce-

bat diligenter ea que sunt in libro sciē-
tiam baptismi iohannis. Hic ergo cepit fi-
dentialiter agere in synagoga. Quē
cum audissent priscilla & aquila assum-
pserunt eum diligenter exposuerunt ei
viā domini. Cum autem vellet ire achaiā:
exhortati fratres scripserunt discipuli
ut susciperet eum. Qui cum remisset con-
tulit multum hijs qui crederent. Ve-
hementem enim iudeos turbabat: pu-
blice ostendens per scripturas esse christum
iesum.

Capitulum xix.

Hic autem est cum appollo ceteris co-
rinthi ut paulus peragratis
superioribus partibus veniret ephesum
et inueniret quosdam discipulos.
Dixitque ad eos. Si spiritum sanctum ac-
cepistis credentes. At illi dixerunt
ad eum. Sed neque si spiritum sanctum est audi-
uimus. Ille vero ait. In quo ergo bapti-
sati estis. Qui dixerunt. In iohannis
baptismate. Dixit autem paulus. Io-
hannes baptizauit baptismum peni-
tentie per Iesum dicēs in eum qui venturus
esset post Iesum ut crederent: hoc est in
Iesum. Hijs auditis baptisati sunt
in nomine domini iesu. Et cum imposuisset
illis manus paulus: venit spiritum sanctum
super eos & loquebantur linguis
et prophetabant. Erant autem omnes viri
fere duo decem. Introgressus autem sy-
nagogā cum fiducia loquebatur per
tres menses: disputans & suadēs de
regno dei. Cum autem quidam indura-
rentur & non crederent maledicentes
viā domini coram multitudine
discedens ab eis segregauit disci-
pulos: quotidie disputans in scho-
la tyranni cuiusdam. Hoc autem
factum est per biennium: ita ut qui
habitant in asia audirent ver-
bum domini in dei atque gentiles.

Virtutesq; nō quassitet fatiebat
 de⁹ p manū pauli. ita ut etiā sup
 languidos deferrent a corpe eius
 sudaria a semicintia et recedebāt
 ab eis lāguores a spiritus nequā
 egrediebantē. **T**ēptauerūt autē q
 daz a de circūeuntibz iudeis exorci
 stis inuocare sup eos q hatebāt
 spūs malos nomē dñi ihu dicen
 tes. **A**diuro vos p ihz quē paul⁹
 p̄dicat. **E**rāt autē cuiusdā sceue in
 dei p̄ncipis sacerdotū septē filij q
 hoc fatiebāt. **R**ūdēns at spūs ne
 quā dixit eis. **I**hm noui a paulū
 scio. **V**os autē q estis. **E**t infiliēs
 hō in eos in quo eāt demoniū pel
 simū a dñatus amborū inuoluit
 otra eos ita ut nudi a vulnerati
 effugerēt de domo illa. **H**oc autē
 notū factū est oibz iudeis atq; gē
 tilibz qui habitabāt ephesi a ceteri
 timor sup oēs illos a magifica
 bat nomē dñi ihu. **M**ultiq; credē
 tiū veniebant ofitentes a annun
 tiantes actus suos. **M**ulti autē ex
 eis qui fuerāt curiosa sectati cōtu
 lerūt libros a obusserūt omēs co
 rā oibz a cōputatis p̄cijs illoz in
 uenerūt pecuniā denarioz q̄nqua
 gintamiliū. **I**ta fortiter crescebat
 verbū dei a cōfirmabāt. **H**īs autē
 expletis p̄posuit paul⁹ in spū trā
 sita macedonia a achaya ire itero
 solimā dicēs. qm postq̄ fuero ibi
 oportet me a romā videre. **M**ittēs
 autē i macedoniaz duos ex mīstrā
 tibz sibi thymotheū a erastū. ip̄e
 remansit ad tps i asia. **F**acta est
 autē illo tpe turbatio nō minima
 de via dñi. **D**emetri⁹ em̄ qdā no
 mine argētari⁹ fatiens edes argē
 teas dyane p̄stabat artificibz n̄

modicū questū quos cōuocās a
 eos q eiusmodi erāt opifices di
 xit. **V**iri scitis qz de hoc artificio ē
 nobis acquisitio a videtis a audi
 tis qz nō solū ephesi s; pene toti⁹
 asia paul⁹ hic suadens aūtū mul
 tā turbaz dicens. qm nō sūt dñj q
 mamibz fiunt. **N**ō solū autē hec pe
 riditabit nob ps in red arguōez
 reire. s; et magne dyane tēplū in
 nihilū reputabit a destrui incipiet
 maiestas ei⁹ quā tō asia a orbis
 colit. **H**īs auditis repleti sūt ira
 a exclamauerūt dicētes. **M**agna
 dyana ephesiorū. **E**t impleta ē ci
 uitas cōfusione et impetū fecerunt
 vno amō in theatz raptō gaio a
 aristarcho macedonibz comitibz
 pauli. **P**aulo autē volente intrare
 in pplm nō p̄miserūt discipuli. **Q**ui
 daz autē a de asia p̄ncipibz q erāt
 amici ei⁹ miserūt ad eū rogantes
 ne se daret i theatz. **A**lij at aliud
 clamabāt. **E**rat em̄ ecclesia cōfusa
 a phures nesciebāt qua ex cā cōe
 missent. **D**e turba at detraxerunt
 alexandz p̄pellentibz eū iudeis.
Alexander at manu silentio postu
 lato. volebat racōez reddere pplō.
Quē ut cognouerūt iudeū eē. vox
 facta est vna oim q̄si p horas du
 as damatiū. **M**ag dyana ephesi
 orū. **E**t cū sedass; scriba turbas di
 xit. **V**iri ephesij quis ei ē hominū
 qui nesciat ephesiorū ciuitatē cul
 tricez eē magne dyane iouisq; p
 lis. **C**ū ergo hīs cōtradici nō pos
 sit oportet vos sedatos eē a nihil
 temere agere. **A**dduxistis em̄ ho
 mines istos. neq; sacrilegos neq;
 blasphemantes deā vestrā. **Q**d si
 demetri⁹ et qui cū eo sūt artifices

hnt aduersus aliquē causaz: con-
uentus forenses agunt et pcofu-
les fut: accuset inuicē. Si quid au-
tē alterius rei queritis in legitima
eccia poterit absolui. Nā a pedita-
mur argui sedicōis hēdierne auz
null⁹ obnox⁹ sit de quo possim⁹
reddere racōez: ocurus isti⁹. Et cū
hec dixisset dimisit eccliaz. **Ca. xx.**

Postq̄ aut cessauit tumult⁹
uocatis paulus discipul⁹ et
exhortat⁹ eos valedixit a pfect⁹
ē ut iret in macedoniā. Cū aut p
ābulasset ptes illas a exhortat⁹
eos fuisset multo s̄mōe venit ad
gretiā: vbi cū fecisset menses tres
facte sūt illi insidie a indeis nau-
gaturō in siriā. habuitq; osiliū
ut reuertere p macedoniā. Comi-
tatus ē aut euz sōs paf piritbero-
ensis. thessalonicensium vero ari-
